2 Roscida noctivagis astris labentibus Phoebe
pulsa loco cessit concedens lucibus altis.

---

## M. TULLIUS CICERO

### I ALCYONES

1 _ ᴗ ᴗ hunc genuit claris delapsus ab astris
praevius Aurorae, solis noctisque satelles.

---

### II LIMON

2 (16) Tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti,
conversum expressumque Latina voce Menandrum
in medium nobis sedatis motibus effers,
quiddam come loquens atque omnia dulcia dicens.

---

### III THALIA MAESTA (?)

3 (21) Iam mare Tyrrhenum longe penitusque palumbes
† reliquit.

---